Anno 1532. d. 25 Junii Ex M. S. B. Zatt.

# P. Tomicius Episcopus Cracoviensis Vicecancel. Alberto Marchioni Duci in Prussia

158

Illustrissime Princeps et Domine Domine Honorandissime, cum hic postulatum fuisset Nomine Illis Vestrae apud Mtem Regiam, Dominum Meum Clementissimum, ut literae ad Principes, et caeteros Germaniae Ordines, de revocando bono, contra Illtem Vram promulgato scriberentur, nihil tum officii et diligentiae praeter missi, ut ei honesto et necessario desiderio Illis Dom Vrae satisfieri potuisset, quin etiam ipse illas et scribi et perferri ad omnes curavi. A quorum majore parte etsi responsa ea fuerant allata quod ad postulationem Mtis suae vellent Causam hanc Illmae Domis Vestrae apud Caesaream et Romanorum Imperatoris Maiestatem promovere illa tamen ego non adeo pertinere putavi ut mitti Illmae Domi Vrae debuisset. At cum nunc Rdus Dominus Joannes Dantiscus Episcopus Culmensis Mti suae scribat, quid sit ea in re in Conventu Ratisbonensi nuper factum, Verba ex illis literis describenda duxi quae in schada praesentibus inclusa Illmae

Domi

Domini Vrae mitto ut interim donec hic redit ipse Dominus Episcopus aliquid de rebus suis cognoscat, planius Omnia ex Verbis ipsius Domini Episcopi tum cum redibit cognituras cujus jam reditum in horas expectamus. Commendo me et officia mea Illmae Domi Vrae quam ex animo et diutissime sanam et semper felicissimam esse cum suis omnibus vehementer desidero

Cracoviae 25 Junii Anno Domini
1532.